

## Finis. Finitores. Fiscus.

**A**ces : siue à *πόνος*, pingue : aut *πόνος*, frides. Plinius finum vocat humanas dapes, & viynam hominum potum. l.17. cap.9.  
V S V S.

Fimi usus vulgaris in stercorandis agris. Indicat *Virg.*, *i.* *Georg.* Nee fauare simo pingui pudeat sola, nene Effetus cinerem smuminum iactare per agros.

Heracitus Philosophus hydriopis laborans, totum se simo bculo feliciter perunxit. *Laertius.* Sunt qui humano, varia apostemata emoliunt, & bubones pestilentiales ad maturitatem redigunt.

## \* Finis.

## DEFINITIO ET ETYMOLOGIA.

**B**inis in sua generalitate est terminus rei alicuius, *τέλος* Gracis. Ioa. Scaliger deducit à *χείρ*, estque id quo aliquid circumscribitur, hinc *σύνορα*, circumscriptio vel finis. Simplicius fortassis a fine finem ducemus, quod olim agrorum fines funibus diuidenterunt. Item plura finis significat, iuxta illum verisolum: Et Finis Patria, Mors, Consummatio, Mera. Apud Philosophos alia est illius consideratio, eaque hec loco vniuersit. Itaque Finis definitur à Philosophis id cuius gratia cetera (nempe media quae ad illum obtinendum destinata sunt:) sunt, estque non modo causa propriæ dictæ, sed omnium causarum primæ, ut à qua cetera mouentur ad operandum, allarumque causatum in operando causalitates antecedunt, imò & dignitate alias præcellit, quia in ordine mouentium præcellit id quod mouet.

## DIVISIO, ET SPECIES VARIA.

Finis variè diuiditur: alius est Finis cuius, estque id cuius obtinendi gratia aliquid sit. Alius Finis cuius, estque id in cuius gratiam sit aliquid.

Item finis alter est generationis, alter rei genita. Ille est forma, quae per generationem inducit, & a gerente indetur. Hic vero operatio, propter quam unumquodque intenditur. Ita *Averroes de caelo* l.4. in com.22.

Tertiò. Quidam fines operationi præexistunt, nec agentia in eorum tendunt affectionem, sed ideo dumtaxat operantur, vt eis coniungi & assimilari valent. Sic Deus est finis non solum nature intellectualis, quae ipso frui potest, sed totius naturæ, quae suo modo similitudinem esse diuini affectat. Alij fines sunt, qui agentis actioni non præexistunt, sed ab eo efficiuntur, vt forma, quae per generationem acquiritur. Vide Aristotel. lib.2. *Physic.* cap.2. text.2.

**C** GREGORIVS in 2. dist. 38. queft. 2. *virica art. 1.* & Gabriel ibidem Finis alijs vñfpirationem insinuant, qua trifariam volunt accipi: Communiter, propriè, & maximè propriè. Communiter pro qualibet appetitus obiecto: Propriè pro illo cuius gratia aliquid est volitum: Magis propriè, dum sumitur pro illo ad quod ita quidpiam dirigitur, vt ipsum ad aliud non referatur. Et ita prima rerum omnium causa, id est, Deus appellatur finis, quia sicut ab ipso tanquam vñiversalis causa manarunt omnia, ita ad ipsum velut ad finem vñtimum omnia recurunt. Hinc Poëta:

*Vnde nil manus generavit ipso,  
Nec habet quidquam simile, aut secundum.*

Denique diuiditur finis in Perfectum, & Imperfectum. Perfectus est, quo admoto, nullo amplius est opus. Imperfectus contra, quo assidente nonnihil quo indigamus absit, lib.1. *mag. moral.* cap.2.

Poëtarum sententia est :

*Diximus acta probas, careat successibus optio;  
Quisquis ab evenuit facta noscenda puer.*

Et Boëtius de consolat. 3.

*Reputo proprios quaque recessus,  
Redituque suo singula gaudent;  
Nec manet ulli tradens ordo;  
Nisi quod fini luxeri orum,  
Stabiliorque sui fecerit orbem.*

## APOPHTHEGMATA, ET EXEMPLA HISTORICA.

**A**GESILAVS Atheniensium Imperator, audiens quemdam deprædicantem felicitatem Persarum Regis adhuc Iuuenis, respondit: neccum vita finis adest: neque Prianus ea ætate infelix fuit, qui maturiore infelix petuit in incendio Troiano. *Plutarctus in Apophthegm.*

EPAMINONDVS rogatus quem arbitraretur ducem stremum, scipionianum Chabriam, an Iphicratem? Respondit: id iudicatu esse per difficile, donec viuimus. *Idem ibidem.*

Imperator Fredericus, percontanti quid homini optimum

possit contingere, respōdebat: Bonus ex hac vita exitus. *Ver.* E  
— dici beatus.

*Ante obitum nemo, supremaque funera deber.*  
*Ex An. Sil. lib. 4. Comm. in res Alphonse L. Beyer. in Apoph. Christianis.*

Erat dux VVitembergensis supra modū animosus, & vehe-  
mentior quam equitas aut ratio postulabat, huc Fredericus  
qui supra vir summā modestia cohortabatur aliquādo, tēper-  
atiū & moderata ageret, cum is monita negligeret solitus  
erat dicere Fredericus: Cuius finis bonus, ipsu[m] est bonu[m], insi-  
nuans eā vehementiā (vii accedit) Duci aliquando nociturnam.

*Sic Crasum quoque vox inī facunda Solonis,  
Respicere ad longa inīspatia ultima vita.*

*Ex Phil. Camer. 3. part. medit. Hist. Idem ibidem.*

*Reuerit huc puerum nonnullus in loco de intentione & Circumstantia.*

## Finitores.

*Quare in loco de Geometria.* Dicuntur namquæ Finitores, qui communiter Agrimensores, qui agros, sive agrorum fi-  
nes metiuntur & diuidunt.

## Fiscus.

## DEFINITIO ET ETYMOLOGIA.

**F**iscus significat lacū capacē, eiusq[ue] genera varia enumē-  
Frat Varro, sportas, sportulas, laccos, crumenas, cortreas,  
manicas, matifupia, bulgas. A fidendo fiscu[m] deducunt quidam,  
quod scilicet illu[m] fiscu[m] fidamus. Melius à *φύσις*, vñfici-  
a. Solent enim in animaliū vñficiis pecunia repou[n]di & hodie  
a tenuioribus adhucbentur, fuerūtq[ue] verisimiliter primi fisci.

Fiscus igitur, vt placet Alfonco, est spōrtū receptaculum  
pecunias reponendis accommodatum. Et quia pecunia pu-  
blica, aut quae ad Principem spectat, luculentior est priuata,  
hinc ararium Principis communiter Fiscum dicimus.  
Quamvis alij inter haec duo distinguant, vt fiscum velint  
pecuniam Principis, & ararium pecuniam publicam.

TRAIANVS Imp. Fiscum Liem nuncupare solebat, quod  
eo crescente reliqui artus tabescerent. Ita crescente Principis  
arario, Populus emungitur.

FABRICIVS Roinanus, Cinea Epitotatum Legato magnam  
auri vim, offrente, accipere recusat, dicens se malle im-  
perare habentibus aurum, quam aurum ipse habere.

CONSTANS Imperator teste Europio, dicere solebat, opes  
publicas à priuatis pluribus melius haberi, quam intrā viuum  
Principis claustrum reseruari.

## CVR INSTITUTVS, ET QVIBVS REBUS

## CONSET, ET COMPARETVR?

Constitutum ararium est & Fiscus, quibus pecunia in vñ-  
tilitatē Reip[ublica] seruentur. Nominē Ararij verò intelligimus  
omnem locum in quo reponitur cuiuslibet generis pecunia,  
sive aurea, sive argentea, vel area: aris quoq[ue] appellatio ad  
omnes nummos, etiam aureos pertinet, vt ait *Vlpianus in l.*  
*etiam aureos 159. de verb. signif. P.* Vnde & generaliter dicimus  
ar. alienum pro omni debito quo obstringimur, vt in lega  
Nepos 125. eo tit. cum simil. quia es. fuit prima materia rudis  
percussa nummi ex lege, vt docet *Tholos lib. 36. Symag. cap. 2.*

Romanum ararium vel reip[ublica] constabat maxime tributis &  
vestigalibus, quae vt liquet ex *Cicer. pro lege Manilia*, erant  
triū generū, ex mercibus exportatis, vel importatis, deniq[ue]  
ex agris & pacuis: primum decimas sumptas ex pradiis, ve-  
stigalibus, complectitur; secundum portorium; postremū  
nomen sit Scriptura. Sunt & cum his alij ordinarij reditus. **H**

Ad fiscum etiam spectare videntur extraordinarii reditus,  
vnde & recentiores dicunt, confiscatiōnes. Alij & ararium  
reip[ublica], fiscus principis esse dicunt, puta non tam amplum  
ararium: Fiscus enim minori capacitate distinguitur item &  
in fiscum mittuntur casuales reditus.

Videntur etiam distincta hæc, thesaurus, fiscus, patrimo-  
nium Principis. Sed & cetera, inquit, Attaxerxes rex, quibus  
opus fuerit in domum Dei tui quantumcumque necesse est, vt  
expendas, dabis de thesauro, & de fisco, & à me. *1. Esdr. 7.*

Sed & ararium & fiscus dicitur à *Paulo Iurisconsult.* in l.4.  
§. Si quis autem de fidei commissariis libertate lib. 40. P. tit. 5. quamvis  
enim minor sint compendia in minore vase fisci, tamen &  
illud pertinet ad utilitatem Reip[ublica], vt ararium tributorum,  
vnde & *ἀρά* dicitur fiscus, id est, publicus lib. 56. *baflic.*  
tit. 2. de publico seu fisco, priuilegiis & actionibus eius.

Rectissimè Traianus fiscum, seu ararium reip[ublica], licen-  
vocabat,